Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

37

apponuntur et in quo. Suscitavit Martinus tres mortuos, quos
nimirum salvatorem legimus suscitasse. Reddidit visum ce-
cis, surdis auditum, mutis loquelam, claudis gressum, ari-
dis sospitatem. Evasit divina virtute pericula latronum,
proprii corporis obice flammas repulit, inmanem sacrilegam
molem columpne precibus de celo descendente prostravit, le-
prosum mundavit osculo, curavit oleo paraliticam, demo-
nes vicit, angelos vidit, futura previdit. Verum hec quidem
ceteraque huiusmodi altissima que fecit magnalia, quid ni-
si mirifica quedam vasa dixerim divitis huius, auro gravata,
gemmis micantia, pretiosa materia et opere pretiosa. Noli in
his saporem querere, sed mirare splendorem. Lucet in huius-
modi lucerna nostra ut in lumine eius videamus lumen, quod quidem pu-
rum pure in se est, nec dum puri oculi intueri. Non enim est ille lux,
sed ut testimonium perhiberet de lumine, et appareat tibi in terris gloriosus deus in sanctis suis,
dum non potes ad gloriam eius sicut est in semetipso. Ceterum
ne putaveris ornatas quidem Martini lampades, sed vacuas in-
veniri. Non est fatua virgo; habet in vasis oleum, habet vinum
in fialis, habet intra parapsides istas ciborum ~~ciborum~~ copiam, delici-
as utique spirituales, non ut videant et mereant, sed edant pau-
peres et saturentur, atque in illis quidem dominum laudent, porro in
his vivant corda eorum. Alioquin non mortui laudabunt te
domine. Ut ergo sit iocunda decoraque laudatio, in admiratione et vi-
vant ex imitatione, ut avidius sumant delicias, ipsas quoque divi-
tias curiosius contemplentur. Sic nimirum inter splendorem
et ardorem lucerne huius variis quibusdam affectibus con-
currendum, ut nobis alterutro commendentur et ex mutua
collatione utrique complacentior fiat. Siquidem humilis fuit et

+ in terris